Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



baculum panis in Jerusalem et comedent in pondere et in solicitudine et aquam
in mensura et in angustia bibent et desertus prae et aqua
corrupta unusquisque ad fratrem suum et confabuntur in iniquitate sua

Et tu fili hominis sume tibi gladium acutum .V.
quasi novaculam pilos assumes eum et duces per caput tuum et per
barbam tuam et assumes tibi statera ponderis et divides eos. Tertiam
partem igni combures in medio civitatis in consumptione diei
obsidionis et assumens tertiam partem comedes gladio in circuitu eius
Tertiam vero aliam dispergis in ventum et nudabo gladium post eos
et sumes inde paucum numero et ligabis eos in summitate pallii tui
et ex eis rursus tolles et projicies eos in medio ignis et combures eos
igni et egredietur ignis in omnem domum israel. Hec dicit dominus deus
Hec est Jerusalem in medio gentium posui eam et in circuitu eius terras
et commutavit iudicia mea in plus esset impia quam gentes et precepta
mea ultra quam terre que sunt in circuitu eius sunt Judicia enim mea pie
cerunt et in preceptis meis non ambulaverunt Idcirco hec dicit dominus deus.
Quia supastis gentes que sunt in circuitu vestro sunt in preceptis meis non
ambulastis et iudicia mea non fecistis et iuxta iudicia gentium que in
circuitu vestro sunt. Vos estis ergo dicit dominus deus. Ecce ego
ad te et ipse ego faciam in medio tui iudicia in oculis gentium et faciam
in te quod non fecerunt et quibus similia ultra non faciam propter omnes abominationes
tuas Idcirco patres comedent filios in medio tui et filii comedent
patres suos et faciam in te iudicia. et ventilabo omnem reliquias
tuas in omni ventum Idcirco vivo ego dicit dominus deus insuper eo quod
sanctum meum violasti in omnibus offensionibus tuis et in omnibus
abominationibus tuis ego quoque confringam et non parcet oculus meus
et non miserebor Tertia tui pars pestilencia morietur et fame consumetur in
medio tui et tertia tui pars gladio cadet in circuitu tuo Tertiam
vero partem tuam in omne ventum dispergam et gladium evaginabo post
eos. et complebo furorem meum et requiescam faciam indignationem meam
in eis et consolabor et scient quia ego dominus locutus sum in zelo meo cum
impleverim indignationem meam in eis. et dabo te in desertum et in
opprobrium gentibus quae in circuitu tuo sunt in conspectu omnis praetereuntis
et erunt opprobrium et blasphemia exemplum et stupor in gentibus